

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum res processerint a Deo per necessitatem naturæ, vel per arbitrium
volutatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

bier, etiā si semper sit, eternum esse non potest. Et propter hoc Augu. dicit, quod invariabilis esten-
tia trinitatis nulla creatura cogitare esse potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod Dāmāscē, lo-
quitur supposita fidei ueritate. Quod patet ex hoc,
quod dicit, quod ex nō esse ad esse deductum est, &c.

AD TERTIUM dicendum, quod variabilitas de
fui ratione excludit aeternitatem, non autem insi-
nitam durationem.

AD QUARTUM dicendum, quod id quod ab alio
dependet, numquam esse potest, nisi per influxum
eius a quo est. Quod si semper fuit, & ipsum sem-
per erit.

AD QUINTUM dicendum, quod non sequitur si
Deus aliquid potuit facere, quod illud fecerit, eo
quod est agens secundum voluntatem non secun-
dum necessitatem naturae. Quod autem dicitur, quod
in semper fuit non differt esse, & posse, intelligen-
dum est secundum potentiam passioam, non aut
secundum actuum. Potentia enim passiva actu
non coniuncta, corruptionis principiū est, & ideo
semper iustitia repugnat: effectus vero actus po-
tentiae actu nō existens, perfectionia causae agentis
præiudicium non afferat, maxime in causis volun-
tarioris. Effectus enim nō est perfectio potentiae actu-
ae, sicut forma potentiae passiu.

AD SEXTUM dicendum, quod circa productionem pri-
marū creaturarum intellectus nostrus rationem in-
uestigare non potest, co q̄ nō potest cōprehendere
re artem illam, qua sola est ratio, quod creature p̄-
dicta hunc habeant modum: vnde sicut non po-
test ratio reddi ab homine, quare cēsum est tamū
& non amplius, ita reddi nō potest ratio quare
mundus factus non fuit antea, cum tamē vtrum
que fuerit diuina potestati subiectum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod primae creature nō
sunt productae ex aliquo, sed ex nihilo. Nō tñ opot-
ter ex ipsa rōne productionis, sed ex veritate quā
fides supponit, q̄ prīus nō fuerit, & postea in ef-
fectu prodicerint, vñus enim sensus predicit locutio-
nis esse potest. In Ansel. in monologion, vt dicatur
creatura facta ex nihilo: quā nō est facta ex ali-
quo, vt negatio includat prepositionē, & nō inclu-
dat ab ea, ut sic negatio ordinē ad aliquid quem
prepositio importat, neget: nō aut prepositio im-
portat ordinem ad nihil. Si nero ordo ad nihil re-
maneat affirmatus, prepositione negationē inclu-
dente: nec adhuc oportet, q̄ creatura aliquā fuerit
nihil. Poteſt enim dici, sicut & Auic. dicit, q̄ nō
esse præcedat esse rei, non duracione: sed natura.
quia uidelicet si ipsa sibi relinqueretur, nihil esset:
esse uero solum ab alio habet. Quod enim est na-
tum alicui inesse ex seipso, naturaliter prius cōpe-
tit ei, co q̄ d non est ei natum inesse nisi ab alio.

AD OCTAVUM dicendum, quod de ratione eter-
ni est, non habere durationis principiū: de ra-
tione uero creationis habere principium originis,
non autem durationis: nissi accipiendo creationē,
ut accipit fides.

AD NONUM dicendum, quod cēsum, & tps ab aeterni-
tate differunt, non solum ratione principii duratio-
nis: sed et ratione successionis. Tempus enim in se
successiū est, quo uero successio adiungitur: prout
substantiae eterne sunt quantum ad aliquid varia-
biles, & si quantū ad aliquid non uariantur, prout
æuo mensurantur. Aeternitas uero nec successio-
nem continet, nec successionē adiungitur.

AD X. Dicendum, q̄ operatio qua Deus res pro-
ducit in esse: non sic est intelligenda, sicut operatio

A artificis qui facit arcām, & postea eam deserit: sed
q̄ Deus continue influat esse, ut Augu. dicit super
Genes. ad literam, unde non oportet assignare ali-
quod instans productionis rerum antequam produc-
tione non sint: nissi propter fidei suppositionem.

AD XI. Dicendum, q̄ Vtrum res processerint à Deo per necessitatem naturae, vel
per arbitrium voluntatis.

Q Vintodecimo queritur. Vtrum res processerint à Deo per necessitatem naturae, vel per
arbitrium voluntatis:

¶ 1. Et uī, q̄ per necessitatem naturae. Dicit enim
Diony. 4.ca. de diu. no. Sicut noster Sol non ratio-
cinans, aut præciligens, sed per ipsum suum esse oīa
lumine eius participare ualentia illuminat, ita diuini
na bonitas per essentiam suā omnib. existentib. pro-
portionalliter radios bonitatis immittit: sed Sol si-
ne electione, & rōne illuminās, hoc agit ex necessi-
tate naturae. ergo & Deus creaturas producit suam
bonitatē coicando per necessitatem naturae.

¶ 2. Prēt. Oīs perfectionis naturae à p̄fessione
diuina naturae derivatur. Sed ad perfectionē na-
ture inferioris pertinet, q̄ sua uirtute aliquid simi-
le sibi faciat producendo effectum. ergo multo for-
tius Deus similitudinem sibi bonitatis creaturis cō-
municat naturaliter, & non voluntarie.

¶ 3. Prēt. Omne agens agit sibi simile ergo sibi hoc
effectus agitur à causa agente, q̄ eius similitudinē
habet. Sed creatura habet similitudinem Dei quā-
tū ad ea, q̄ ad Dei naturā pertinet. s. quātū ad esse,
& bonitatem & unitatē, & alia hīmōi, nō solum quātū
ad ea, q̄ sunt in uoluntate, vel in intellectu, sicut
artificiata sunt similia artifici quantū ad formā arti-
cis, non quantū ad naturā artificis, pp q̄ uoluntarie
& naturaliter ab artifice procedunt. ergo creature
procedunt à Deo per uirtutē naturae diuine, & nō
per uoluntatē. Sed dices, q̄ similitudinē naturaliū
attributorum cōicat creaturis diuina uoluntas.

¶ 4. Sed cōtra. Similitudo naturae cōicari non pōt,
nisi per uirtutē naturae. Sed uirtus naturae in nulla
re subiaceat uoluntati. Vnde & in Deo gñatio filij à
patre, que est naturalis non fit per imperiū uolun-
tatis, nec ē in hominib. uires animē vegetabiles, q̄
naturales dicuntur, uoluntati subduntur. ergo nō
potest esse, quod uoluntate diuina, similitudo na-
turalium attributorum creaturis communicetur.

¶ 5. Prēt. Aug. dicit in li. de doctrina Christiana,

quia Deus bonus est, sumus. Erita bonitas Dei ei-
sse causa productionis creaturarū. Sed bonitas est
Deo naturalis. ergo & flux⁹ rerū à Deo ē naturalis.

¶ 6. Prēt. In Deo idem est natura, & uoluntas. Si er-
go Deus producat res uoluntarie, sequetur, quod
producat eas naturaliter.

¶ 7. Prēt. Necessestis naturae prouenit ex hoc, q̄ na-
tura immobiliter operatur idē, nissi impedimentū
eueniat. Sed maior est immutabilitas Dei, quam na-
ture inferioris. ergo magis ex necessitate Deus pro-
ducit effectum suum, quam natura inferior.

¶ 8. Prēt. Opatio Dei est ei⁹ ei⁹ est. Sed ei⁹ est sua ē
ei naturales. ergo naturaliter operat q̄cūd opa-.

¶ 9. Prēt. Secundum Philosoph. in 3. Ethic. Volūtās
est finis: elecio corūm, que sunt ad finem. Sed in

Deo non est aliquis finis, cū sit infinitus. ergo nō
agit ex uoluntate: sed magis ex necessitate naturae.

¶ 10. Prēt. De⁹ operat inquātū ē bon⁹, ut Aug. dicit.

Sed ipse ē bonū necessariū. ergo ex necessitate opa-

Quæst. dist. S. Thomæ. D 4 ¶ 11 Prēt.

V Q V A E S T . III . D E C R E A T I O N E , A R T I C . X V .

¶ 11. Præt. Omne quod est, vel est contingens, vel necessarium. Necessarium vero est aliquid tripliciter, i.e. per coactionem, ex suppositione, & absolute. non autem potest dici, quod in Deo sit aliquid possibile, vel contingens, hoc enim mirabiliter attestatur, ut per Philosophum patet in 11. Metaph. quia quod contingit esse: contingit non esse! Similiter non est ibi aliquid necessarium per coactionem, quia nihil ibi est voluntaria nec contra naturam, vt dicitur in 5. Metaph. Similiter nec necessarium ex suppositione, quia hoc necessarium causatur ex aliis quibus causa presumpsis: Deo autem nihil est causa. Relinquitur ergo, quicquid est in Deo sit necessarium absolute, & ita videtur, quod res ex necessitate in esse producit.

¶ 12. Præt. Secundum ad Tim. 2. dicitur. Deus fidelis permanet, & seipsum negare non potest. Sed cum ipse sit sui bonitas, seipsum negaret si suam bonitatem negaret. Negaret autem suam bonitatem si eam communicando non diffunderer, cum hoc sit proprium bonitatis. ergo Deus non potest non producere creaturam, suam bonitatem communiceando, ergo ex necessitate producit: quia non potest non esse, & necesse esse, conuertuntur: vt p. 2. Perihemenias.

¶ 13. Præt. Secundum August. patrem generare filium, est patrem dicere se suo verbo. Sed Antelm. dicit, quod codem uerbo pater dicit, i.e. & creaturam. Cum ergo generatio filii a patre sit naturaliter, & non per imperium voluntatis, uidetur quod est creaturam producere: nam apud Deum non differt dicere, & facere: cum scriptum sit. Dixit, & facta sunt.

¶ 14. Præt. Omnis uolens, de necessitate uult suum ultimum finem, sicut homo de necessitate uult esse beatum. Sed ultimus diuinus voluntatis est sua bonitatis communicatio: propter hoc enim producit creaturas: ut suam bonitatem communiceat. ergo Deus hoc de necessitate uult. ergo & ex necessitate producit.

¶ 15. Præt. Sicut Deus est per se bonum, ita est per se necessarium. Sed in Deo quia est per se bonum, nihil est nisi bonum. ergo & similiter in eo nihil est nisi necessarium, & ita ex necessitate producit res.

¶ 16. Præt. Voluntas Dei est determinata ad unum, scilicet ad bonum. Sed natura propter hoc ex necessitate operatur, quia est determinata ad unum. ergo & voluntas diuina ex necessitate operatur creaturas.

¶ 17. Præt. Pater uirtute naturae sue est principium filii, & spiritus sancti, ut Hila dicit. Sed eadem natura, quæ est in patre, & filio, est et in spiritu sancto. ergo eadem ratione ipse spiritus sanctus est principium naturaliter. Sed non est principium nisi creatura: ergo creatura naturaliter procedit a Deo.

¶ 18. Præt. Effectus procedit a causa agente. ergo agens non comparatur ad effectum, nisi per hoc, quod comparatur ad actionem, uel operationem. Sed comparatio operationis, uel actionis diuinae ad ipsum est naturalis, cum actio Dei sit sua essentia. ergo similiter ad effectum comparatur naturaliter producendo ipsum.

¶ 19. Præt. A per se bono non fit aliquid nisi bonum, & bene. ergo, & a per se necessario, non fit aliquid nisi necessarium, & necessario: sed Deus est huiusmodi. ergo omnia procedunt ab ipso ex necessitate.

¶ 20. Præt. Cu id, quod est per se, sit prius eo, quod est per aliud, oportet primum agens agere per suam essentiam. Sed sua essentia, & sua natura idem est:

F ergo agit per naturam suam, & ita naturaliter creature ab eo procedunt.

SED CONTRA est, quod Hila dicit in lib. de Synodus, omnibus creaturis substantiam Dei uoluntatis attulit. Et ibidem, tales sunt creature quales Dei cas esse uolunt. ergo Deus producit creature per voluntatem, non per naturam necessitatem.

¶ 21. Præt. August. in 12. Confess. ad Deum loquitur, Duo fecisti Domine, Vnum prope te, scilicet Angelum, & aliud prope nihil, scilicet materiam. neutrum tamen est de natura tua, quia neutrum est, quod tu es: sed filius pro tanto naturaliter a patre procedit, quia eandem habet naturam, quam pater, ut August. dicit, ergo creatura non procedit a Deo naturaliter.

RESPON. Dicendum, qd absque omni dubione, nomen est, qd Deus ex libero arbitrio sue uoluntatis creature in esse prodixit nulla naturali necessitate. Quod potest esse manifestum ad praesentis quaerotionib. Quarum prima est, qd oportet dicere uniuersum aliquem finem habere: alias omnia in uniuerso casu acciderent, nisi forte diceret, qd prima creature non sunt propter finem, sed ex naturali necessitate, posteriores uero creature sunt propter finem: sicut & Democritus ponebat celestia corpora esse a casu facta, inferiora uero a cauis determinatis. Quod improbat in secundo Phyl. per hoc, qd ea, quæ sunt nobiliora, non possunt esse minus ordinata, quam indigniora: necesse est igitur dicere, qd in productione creaturarum a Deo sit aliquis finis inuentus. Inuenitur autem agere propter finem, & uoluntas, & natura, sed alterius, & alterius natura enim cum non cognoscatur nec finem, nec non finis, nec habitu in eis quod est ad finem in fine, non potest sibi prestatere finem, nec se in finem mouere aut ordinare, uel dirigere: quod quidem competit agenti per voluntatem, cuius est intelligere, & finem, & omnia predicta, unde agens per uoluntatem sicut agit propter finem, qd præstabilitib finem, & seipsum quadammodo in fine mouet, suas actiones in ipsum ordinando. Natura uero reddit in fine, sicut mota, & dier. &c. ab alio intelligere, & uolere. Sicut pater in sagitta, quæ tendit in lignum determinatum propter directionem sagittantis, & per hoc modum a Philosophis dicitur, qd opus naturae est opus intelligentie, semper autem, quod est per aliud, est posterior eo quod est per se, uero oportet, qd prius ordinans in fine hoc faciat per voluntatem, & ita Deus per voluntatem creature in esse produxit, non per naturam. Nec est instantia de filio, quod naturaliter procedit a patre, cuius generatio creatione precedit: quia filius non procedit, ut ad finem ordinatus, sed ut oīum finis. Secunda uero ratio est, quia natura est determinata ad unum: cu autem omnes agens sibi simile producat, oportet qd natura ad illam similitudinem tendat producendam, quæ est determinata in uno. Cu autem equalitas ab unitate causetur, inequalitas uero ex multitudine, quæ vario modo se habet, ratione cuius non est aliquid alterius equalis nisi uno modo, inequalis uero in multis gradibus: natura semper facit sibi equalis, nisi sit propter defectum uirtutis actiue, uel receptiue, siue passiue. Defectus autem passiue potentia Deo non prejudicat, cum ipse materia non requiratur: nescire uirtus sua est deficiens, sed infinita, unde hoc solus ab eo procedit naturaliter, quod est sibi equalis, scilicet filius. Creatura uero, quæ est inequalis non naturaliter, sed per voluntatem procedit: sunt enim multi gradus inequalitatis. Nec potest dici, qd di-

Lib. 3. text.

cc. 6. tom. 3.

2. Perihem.
ca. 3. parva
ante finem
in monito-
rio cap. 31.

Gen. 1.

In lib. de fy
modis à me
die illius.

uijna virtus ad unum determinetur tñi, cum sit infinita, unde cum diuinæ virtus se extēdat ad diuersos gradus in equalitatib; in creaturis cōstituēdos, & in hoc gradu determinato creaturā cōstituit, ex arbitrio uoluntatis sicut, nō ex naturali necessitate.

Tertia rō est, quia cum omne agens agat sibi simile aliquo modo, oportet q̄ effectus in sua causa aliquiliter p̄existat. Omne aut̄ quod est in aliquo, est in eo per modum eius, in quo est: unde cu ipse Deus sit intellectus, creatura in ipso intelligibiliter p̄existunt. Propter quod dī Iohann. i. Quod sicut etūm est, in ipso uita erat. Quod aut̄ est in intellectu, non producitur nisi mediante uoluntate: uoluntas n̄ est executrix intellectus, & intelligibile uoluntatem mouet: & ita oportet q̄ res creatæ, à Deo proceſſerent per uoluntatem. Quarta rō est, quia fm Philippi 9. Metaph. duplex est actio: quædam qua cōſtitut in iploagenti, & est perfectio & actus agentis, ut intelligere, uelle, & huiusmodi: quedam uero qua egreditur ab agente in patiens extrinsecum, & est perfectio & actus patientis: sicut calcificare, mouere, & huiusmodi. Actio aut̄ Dei non potest intelligi ad modū huiusmodi secundum actionis, eo q̄ cum actio sua sit eius essentia, non egreditur extra ipsum: unde oportet q̄ intelligatur ad modum primæ actionis, qua nō est nisi in intelligenti, & uolente: uel etiam sentiente, quod etiam in Deum non cadit, quia actio sensus, licet non tendat in aliquid extrinsecum, est tñ ab actione extrinseci. Per hoc igitur Deus agit quicquid extra se agit, q̄ intelligit & vult. Nec hoc generationi filii p̄judicat, qua est naturalis, quia huiusmodi generatio non intelligitur terminari ad aliquid, quod sit extra diuinam essentiam. Necessest̄ est igitur dicere oēm creaturā a Deo, p̄cessione per uoluntatē, & non per necessitatem naturæ.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ similitudo Dionysij est intelligenda quantum ad uniuersitatē diffusio[n]is. Sol. n. in oī corpora radios effundit nō discernendo unū ab alio, & similiiter diuina bonitas, non aut̄ intelligit q̄tū ad priuationem uoluntatis.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ p̄fectione diuinæ naturæ est: q̄ virtute naturæ diuinæ, ipsius naturæ similitudo creaturis cōcetur: non tamen hæc cōmunicatio sit per necessitatem naturæ, sed per voluntatem. Et per hoc patet responsio ad tertium.

AD QUARTVM dicendum, q̄ natura non subiicit uoluntati in his quæ sunt intima rei. Sed quantum ad ea quæ sunt extra rem nihil prohibet naturam subiici uoluntati. unde & in motu locali in animalib; natura musculorum & neruorum subiaceat appetitu imperanti: uñ nec est inconueniens si virtute naturæ diuinæ, creaturæ producantur in esse secundum arbitrium diuinæ uoluntatis.

AD QUINTVM dicendum, q̄ bonum est p̄primum obiectum uoluntatis, unde bonitas Dei in quantum est ab ipso volita & amata, mediante uoluntate est creaturæ causa.

AD SEXTVM dicendum, q̄d licet uoluntas & natura prout in Deo sunt, sint secundum rem idē, differunt tamen ratione, secundum quod per ea diuersimode designatur respectus ad creaturam. Natura enim importat respectum ad aliquid vñ determinate: non autem uoluntas.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ nō est ex immobilitate nature solū q̄ aliquid ex necessitate producit; sed ex eius determinatione ad unū, que non cōpetit diuinæ uoluntati, d̄ licet ī ea sit immobilitas summa.

AD OCTAVVM dicendum, q̄d licet operatio

A Dei naturaliter ei competat, cum sit eius natura vel essentia, effectus tamen creature operationē consequitur, qua per modum intelligendi consideratur, ut principium voluntaris, sicut & effectus calefactionis sequitur secundum modum caloris.

AD NONUM dicendum, q̄d licet Deus sit infinitus, est tamen finis ad quem omnia ordinantur. Non enim est infinitus priuative, sicut finitus est passio quantitatis, qua nata est h̄c finē. hoc n. modo finis neque infinitus neq; finitus est. Dicitur autem infinitus negativo, quia nullo modo finit.

AD DECIMVM dicendum, q̄d licet Deus operet in quantum est bonus, & bonitas ei necessario insit, non tamensequitur q̄ de necessitate operetur. Bonitas enī mediante uoluntate operatur, in quantum est eius obiectum uel finis. uoluntas autē non necessaria se habet ad ea quæ sunt ad finem: licet respeditu ultimi finis necessitatem habeat.

AD XI. Dicendum, quod quantum ad id quod in ipso Deo est, non potest attendi aliqua possibilitas: sed sola necessitas naturalis & aboluta. Reipē & uero creatura potest ibi considerari possibilitas, non s̄m potentia passiū, sed secundum potentiam altiū, qua non limitatur ad unum.

AD XII. Dicendum, quod si Deus hoc modo suam bonitatem negaret quod aliquid contra suā bonitatem faceret, uel in quo sua bonitas non exprimeretur, lequeretur per impossibile, q̄ negaret seipsum. Non autem hoc sequeretur, si etiam nulli bonitatem suam communicaret. Suā enim bonitatem nihil deperiret si communicata non esset.

AD XIII. Dicendum, quod licet ipsum uerbū Dei naturaliter à patre oratur, non tamen oportet q̄ creaturæ naturaliter procedant à Deo. Hoc aut̄ modo pater uerbo suo creaturas dicit: sicut in ipso parte sunt in quo quidem sunt non ut per ne cessitatem producenda, sed per uoluntatem.

AD XIV. Dicendum, quod communicatio bonitatis, non est ultimus finis, sed ipsa diuina bonitas, ex cuius amore est quod Deus eam communicare vult. Non enim agit propter suam bonitatem quasi appetens quod non habet, sed quasi uolens comunicare quod haberet, quia agit eā non ex appetitu finis, sed ex amore finis.

AD XV. Dicendum, quod sicut in Deo nihil est nisi bonum: ita in eo nihil est nisi necessarium. Non tamen oportet quod quicquid est ab eo, procedat per necessitatem.

AD XVI. Dicendum, quod uoluntas Dei, sicut dictum est, naturaliter fertur in suam bonitatem, unde non potest uelle nisi id quod est ei conueniens, scilicet bonum: non tamen determinatur ad hoc uel illud bonum. Et ideo non oportet quod bona quæ sunt, ab eo procedant per necessitatem.

AD XVII. Dicendum, quod licet eadem natura sit patris, & filij, & spiritus sancti non tamen cuncte modum existendi habet in tribus. & dico modū existendi secundum relationem. In patre enim est u non accepta ab alio. In filio uero est ut a patre accepta, unde non oportet quod quicquid conuenit patri virtute naturæ suæ, conueniat filio, uel spiritui sancto.

AD XVIII. Dicendum, quod effectus sequitur ab actione secundum modum principij agenti, unde cum per modum intelligendi actionis diuinæ principij, prout respicit creaturam, consideretur diuina uoluntas, que ad creaturam nō habet necessariam habitudinem, non oportet quod

In corpore.

creatura

QVÆST. III. DE CREATIONE, ARTIC. XVI.

creature procedat a Deo per necessitatem naturæ, licet ipsa actio sit Dei essentia vel natura.

AD xix. Dicendum, quod creature assimilatur Deo, quia sicut ad generales conditiones, non autem quantum ad modum participadi. Alio enim modo esse, est in Deo & in creature, & similiter bonitas. unde licet à primo bono sunt omnia bona, & a primo ente sunt omnia entia, non tamen à summō bono sunt omnia summe bona, nec ab ente necessario sunt omnia per necessitatem.

AD xx. Dicendum, quod voluntas Dei est eius essentia: unde hoc quod agit per voluntatem, non remouet quin per essentiam suam agat. Nō enim est voluntas Dei, aliqua intentio additæ intentionis essentia, sed ipsa essentia.

A R T I C U L U S X V I .

Vtrum ab uno primo possit procedere multitudo.

Sextodecimo queritur. Vtrum ab uno primo possit procedere multitudo. Et vñ q̄ non. Si enim Deus est per se bonum, & per consequens summum bonum, ita est per se & summe ipsum: sed ab eo inquantum est bonum, non potest procedere nisi bonum. ergo neceps procedere potest nisi unum.

¶ 2 Præt. Sicut bonum convertitur cū ente, ita & unum. Sed in his, quæ sunt entia, oportet attendi assimilationē creature ad Deum, ut supra dictum est ergo sicut in bonitate, ita & in unitate oportet Deo creaturā assimilari, ut scilicet sit una ab uno.

¶ 3 Præt. Sicut bonum & malū opponuntur priuati, si coiter accipiantur, licet sint contraria prout sunt habituum dñs, ita unum & multa opponuntur priuati, ut patet in 10. Metaph. Sed malitiam nullo modo dicimus a Deo procedere, sed ex effectu causarum secundarum eam incidere. ergo nec debet poni, q̄ multitudinis Deus sit causa.

¶ 4 Præt. Oportet proportionaliter accipere causas, & causas, quia uidelicet singularia sunt causa singularium, & universalia universali, ut patet per Phil. 2. Physic. Sed Deus est causa maxime universalis. ergo suis pprius effectus est effectus maxime universalis, scilicet. Sed ex hoc quod res habent esse non est multitudo, cum multitudinis sit causa diversitas vel differentia. In esse vero omnia conuenient, ergo multitudo non est à Deo, sed ex causis secundis: ex quibus causantur particulares rerum conditions f'm, quas etiam differunt.

¶ 5 Præt. Vniuersusque effectus est aliquam propriam causam accipere. Sed impossibile est unum esse proprium multorum. ergo impossibile est, q̄ unum sit causa multitudinis. Sed dices, q̄ hoc tenet in causis naturalib. non in causis voluntarijs. ¶ 6 Sed contra. artifex est causa artificij per voluntatem. procedit autem artificij ab artifice secundum propriam formam illius artificiari, quæ est in artifice, ergo etiam in voluntarijs effectus quilibet requirit propriam causam.

¶ 7 Præt. Oportet esse conformitatē inter causam,

& effectum. Sed Deus est omnino unus & simplex. ergo in creatura quæ est eius effectus, nec multitudo nec compositio debet inueniri.

¶ 8 Præt. Diversorum gentium non potest esse idē effectus immediate, sed sicut causa appropriatur effectui, ita effectus causa. ergo nec eiudem cause possunt esse plures immediate effectus, & sic idem quod prius.

E ¶ 9 Præt. In Deo est eadem potentia generandi, spirandi, & creandi: sed potentia generandi non est nisi ad unum, similiter nec potentia spirandi, quia in trinitate non potest esse nisi unus filius, & unus Spiritus sanctus. ergo & potentia creandi terminatur tantum ad unum. Sed dices, quod uniuersitas creaturarum est quodammodo unum secundum ordinem.

¶ 10 Sed contra. Effectum oportet assimilari causa: sed unitas Dei non est unitas ordinis, quia in Deo non est eius nec posterius: nec superior & inferior. ergo non sufficit unitas ordinis ad hoc, quod ab uno Deo plura possint educiri.

¶ 11 Præt. Unius simplicis non est nisi una actio. Sed ab una actione non est nisi unus effectus. ergo ab uno simplici, non potest procedere nisi unus effectus.

¶ 12 Præt. Creatura procedit à Deo, non solum sicut effectus a causa efficiente: sed etiā sicut exemplum ab exemplari. Sed unius exemplati est vñ exemplar proprium. ergo a Deo non potest procedere nisi una creatura.

¶ 13 Præt. Deus est causa rerum per intellectum. Agens autem per intellectum agit per formam sui intellectus. Cum igitur in diuino intellectu nō sit nisi una forma, uidetur q̄ ab eo non possit procedere nisi una creatura. Sed dices, quod licet forma diuini intellectus sit vna secundum rem, quæ est eius essentia, tamen attenditur ibi quedam pluralitas secundum diuersos respectu ad creaturas diuersas, & sic est ibi pluralitas rationis.

¶ 14 Præt. Sed contra: aut isti respectus plures sunt in intellectu diuino, aut sunt soli in rōne nostra. Si primo modo, ergo sequitur q̄ in intellectu diuino erit pluralitas: & non summa simplicitas. Si secundo modo, sequitur q̄ Deus non producat creaturas diuersas nisi mediante rōne nostra: ex quo oportet q̄ diuersas creaturas producatur per diuersos respectus ad creaturas, qui non sunt nisi in ratione nostra, & sic habetur propositum, scilicet quod a Deo immediate non procedat multitudo.

¶ 15 Præt. Deus per apprehensionē intellectus sui res in esse producit. Sed in eo nō est nisi una apprehensio, quia suis intellectus est eius essentia, quæ est una. ergo non producit nisi unam creaturam.

¶ 16 Præt. Illud quod non habet esse nisi in rōne, non est creatum a Deo, quia huiusmodi uidentur esse quedam una, ut chimera & huiusmodi. Sed multitudo non est nisi in rōne. significatur enim p abstractionem a multis, quod in rerum natura nō inuenitur. ergo Deus non est causa multitudinis.

¶ 17 Præt. Secundum Platonem, optimi est optima adducere. Sed optimum non potest esse nisi unum. Cum igitur Deus sit optimus, ab eo nō potest produci nisi unum.

¶ 18 Præt. Vnusquisque agens pp finem, facit effectum suum propinquiorē fini quantum potest. Sed Deus producendo creaturam ordinat eam ī finem. ergo facit eam propinquissimam fini quam potest. Sed hoc non potest nisi in uno modo. ergo Deus non producit nisi unam creaturam.

¶ 19 Præt. Initium est q̄ aliquis in aequalia aliquibus tribuat, nisi aliqua inaequalitate circa eos precedente vel meritorum vel quarumcumque conditionum diuersarum. Sed operationem diuinā nō pcedit aliqua diuersitas: alias ipse non esset prima cā oīum. ergo in prima rerum creatione non dedit creaturis aequalia dona. Sed diuersitas creaturarum & multitudo attenditur secundū hoc, plus